



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Salix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

*Quia mor-
tem Am-
phiaras &
a principio
Gita effat
vaticinatus
de quo prin-
cipium, p-
g. D. mors.*

*Timoleon-
is apoph-
thegma &
p. niagema.*

Mortales Archemorus, & Melicerta, qui & Palamon Dii, Jupiter & Apollo. Præmia, Apollini Laurus, a qua pomi etiam nomine nuncupatur, ob grandiores baccas, quæ Laurus Delphica producebat, unde coronæ illæ decerpebantur, de quo vide apud Lucianum. Jovi oleaster, Palamoni pinus aut aridum apium, viride vero Archemoro, olimque olea. Minime vero prætereundus hic locus est, ad utrumque significatum funeris & victoriæ optime accommodatus: quippe cum Timoleon copiarum Græcarum dux, audito Bomilcaris & Afrubalis Carthaginensium adventu, qui classe bene magis comparata missi fuerant ad Græcos tota Sicilia pellendos, ipse cum quinque tantum peditem milibus, & equitibus mille, hostibus occurrere statuisset, profectusque Syraculis cum ad Crinifium anem, quo sciebat hostem venturum, processisset, factus est obviam milibus apium ferentibus: perterritis omine militibus, qui apio sepulcra coronari non ignorabant, quem morem Plutarchus in Sympoliciis enarrat: vulgatumque erat inter Græcos adagium, incurabilem valetudinem apio indigere. Imo, inquit Timoleon, Coronæ vobis vel ante victoriam offeruntur, ad id scilicet alludens, quod Isthmiis victores apio coronabantur: dictumque eventus comprobavit, Carthaginensibus post die victis profligatisque maiore suorum civium strage, quam unquam antea passi essent, insigni ac memorabili victoria Timoleonti acquisita. Sane plerisque in antiquorum monumentis, & in adscutis cantharis atque carchæis, apium observes, quippe mortis atque lucus indicium. Eo autem sepulcra, & alia mortuorum conditoria subterni solita priusquam cadavera inferrentur: eaque de causa cum veteres in convivii omnibus fere aliis coronamentorum generibus uterentur, flores & herbas omnes huc admiscerent, uno in primis apio, utpote quod nihil ad hilaritatem faceret, abstinabant.

DE MYRTO. CAP. XXIII.

*An gula
prima fer-
tur Circeis
in Elpenoris
tumulo si-
sa.*

Est & Myrtus inter funestas arbores adnumerata, qua Thebis qui vincerent Jolea, coronabantur, de qua Pindarus in Isthmiis, ἠγλακοθεῖ κἀρα μύρτος ὀδὴ ἀνήγ. Fuit autem Joleus heros apud Thebanos divinis cultus honoribus, ad cuius tumulum Jolea ludos celebrabant, & huiusmodi coronam ex Myrto præmium instituerant: propterea quod, inquit interpretes, funebris esset arbor. Verum cum longe plura sint ab ea & genii & voluptatis significata, inter funestas has Myrtum profus inferere nolumus, sed eam cum latioribus, Rosa, Hedera, & quibusdam aliis conventiori loco pangendam existimavimus.

DE SALICE. CAP. XXIV.

Postea vero quam iusta iis, qui præclaro fuerunt ingenio, rite per solvimus, tempus est ut ad latiora convertamur argumenta. Promiferam enim superioribus diebus (Grana) tibi, priusquam finis hoc incidere, de Salice, de Maro, de Caprifico, de Loro, quæ deducita essent hieroglyphica præscribere. Ea igitur in hunc modum disponemus.

VINCULUM CAP. XXV.

Esal. 136.

Salicem in primis esse vinculorum symbolum, tum ex quotidiano ejus virgulti usu manifestum, ad id enim plurimum comparatur: tum Divinæ etiam literæ attestantur, cum Judæos dicunt patris abductos sedibus, miserimo Babylonis incolatu organa sua in salicibus suspendisse, de quo paulo post.

CASTITAS. CAP. XXVI.

*Ideoque à
Gracis a-
gnon dicitur
Plin. lib. 14.
cap. 9.*

Quod autem nonnulli ajunt salicem castitatis indicium esse, tamen de ea nihil Aegyptii, non incongrue tamen confictum est: sive sit propter vinculi significatum, quod ejus materia sit plurimum apta vinculis, atque ideo coercitionis indicium sit: & castitas ipsa modo zona, modo campestri modo alio atque alio vinculo coercenda præcipitur. Sive sumptum ab Amerina salice quæ lectis accubilibus imposita, castitatem inducit. Sive ab eo, quod plerique authores tradunt, folia hujus arbo-